

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Patris Gasparis Druzbicki

Pawlowski, Daniel Ingolstadii, 1732

VD18 90066324

Votum & juramentum serviendi in peste

urn:nbn:de:hbz:466:1-45343

primis magna aliorum appretiatio, quâ ita alios æstimabat, ut eorum Nomina ex eorundem Epistolis excisa, pretiosi instar depositi portaret. Accedit quædam inprimis ejus relolutio, de qua ille in libello luminum, hac habet. Prima die Novembris, Anno 1622. feci votum, & juramentum divinæ Majestati (salva Superioris acceptatione, quæ postea cum divina gratia secuta est) serviturum me, fratribus meis omnibus, usque ad mortem, in peste, cujus præsenti periculo tunc cingebamur. Idem votum ac juramentum unà cum aliis actibus, fanguine meo fubscriptis, ac in altari Sanctissimo Sacramento suppositis renovavi, ibidemque etiam omnia totius vitæ meæ peccata retractavi. Votum autem & actus erant ejusmodi.

Votum, Sjuramentum ferviendi in Peste.

DEUS radices desideriorum exaudi.

1. CRedo sicut Sancta Ecclesia credit, & Credo eam sidem, quam Ecclesia, Sancta, Romana, docet esse veram, tenendam, divinam; quare in illa pro illaque mori, tot mortibus, quot possibiles sunt, volo, & paratus sum, ac ero.

2. De Iustitia, meritis, dignitate mea despero, spero autem in sola DEI bonitate, & gratia, in Christi meritis, & morte, in Pretiosissima Parentis, baredis mea patrocinio, in Communione San-Horum.

3. Amo, & Astimo DEUM meum, super omnia, qua DEUS non sunt, amo autem gratis, quia scilicet DEUS dignus est, & amo, ut amem.

4. Omnem DEI voluntatem internam, externam, substantialem, ita approbo, ita amo, ita exosculor, sicut in ea DEUS ipse complacet, quod potissi-

mum

mi

mo

nii

ex

mo

cis

cep

bis

res

bec

Re

Sun

छ

601

140

cun

mit

lun

pur

tun nat

me

atei

cate

ftor

rebo

mum applico huic voluntati DEI, quâ me DEIIS mori hac præsenti peste, hoc præsenti tempore decernit, si decernit.

S. Decretum mortis, à divina manu, eo animo Promptitudo excipio, quo animo excepit Christus IESUS decretum ad morienmortis sua, pro me, in instanti Conceptionis sua, in Crucis morte. Item eo animo amplector, quo animo excepit nuntium Incarnationis, expressit que illis verbis; Fiat mihi &c. Pretiosissima Parens, & Hares mea MARIA. Item eo animo, quo vel ego, vel quilibet Sanctorum, excipient in die Iudicii, illud beatum; venite benedicti Patris mei, possidete Regnum &c.

6. Omnia opera totius vita mea, quanta quanta sunt, & quacunque potentia mea profecta sunt, mala, & impersecta retracto, & corrigo, ad DEI placitum:

bona verò rata habeo.

alios

ndem

taret.

equa

nâ die

jura-

is ac-

ia le-

mni-

æsen-

ım ac

guine

acra-

etiam

. Vo-

Credo

nana,

in illa

funt,

pero,

1 6 m

aren-

San-

nnia,

ilicet

xter-

exo-

otissi-

7. Quacunque DEO bene proposui, promisi, juvari, qua Pretiosissima itidem Parenti, & cuicunque Sanctorum promisi, ea omnia propono, promitto, voveo, juro nunc, ad gustum Divina voluntatis.

8. Gloriam do DEO, vanitatem do diabolo, mihi

purum merumque nihil reservo.

9. Qu'àm perfette, & omnimode subjectus sui tunc DEO, quando primum à DEO in hac rerum natura, producebar, & in sieri eram, tam perfette, me nunc adorande DEI voluntati subdo & subdere eternum volo.

10. Quantum, & quo motivo DEUS odit peccatamea, tantum, & ex eodem motivo, ego detefor eadem.

11. DEIIM beatifice videre non merui, nec merebor in aternim: cupio tamen videre, quia ille

me

me ad hunc finem condidit, redemit, perducere vult, gratiam dat, & merendi per Christi Sanguinem, facultatem.

12. Statum Reiigiosum, quem 14. annistenui, approbo, amplector, & ex nunc ingredior, totiusque mundi res, & spes, pro D. Iamore, & servitio calco, Crucisque Christi probrum, omnibus ejus pompis; affectu, & animo Ducismei, IESU Christi Cruci-

fixi, præpono, & eligo.

Obsequium certitudine falutis.

13. Si de salute mea aterna certus essem, immò Dei cum in- si eam jam haberem, & placeret Deo, me bic cum incervitudine salutis vivere, aliquid autem insigne ad Dei gloriam, & voluntatem perficere, præeligo boc posterius, illi priori, pure propter gustum Dei, o propter adoranda voluntatis, gloriaque ejus aftimationem.

> 14. Pro omnibus, & singulis beneficiis Dei mibi quomodocunque in tota-vita mea, & ante vitam prastitis, & post vitam prastandis Deo gratias ago, quantas possum, ago quantas debeo, ago quantas Christus pro suis obtulit, quantas Pretiosissima Parens, quantas omnes Sancti obtulerunt, aut offerrent, quantas divina voluntas ea beneficia conferens, meretur.

> 15. Protestor, & juro, me Pretiosissima Purentis esse hæreditatem, & illam esse meam hæredem, omi jure, quod melius esse potest; & cujus Creatura in Creaturam, Deo volente, & annuente, ca-

pax eft.

Resolutio fingularis.

16. Etfi scirem quòd damnandus sim, Deo servire, cum omni, que Creatori debetur servitute, vellem, & volo tanto etiam magis, quanto hoc spatium brevius mibi esset, & bujus tantum vitæspatiis clausum.

17. Opto

eft

dui

fen

vit

que

qui

ma

ma

tica

que

cup

ma

rib

p01

ita छ

201

tan

mæ

mu

um lab

om

Chi

Sco

in

vult, m,fa-

tenui,
otiusrvitio
pom-

Cruci-

immò c cum nfigne æeligo

es asti-

i mibi
vitam
us ago,
uantas
ua Paofferferens,

Parenredem, reatue, ca-

eo servitute, oc spaspatiis

.Opto

17. Opto anathemasieri pro fratribus meis, hoc est proximis, qui Deum nesciunt, qui Deum offendunt, qui negligenter illi serviunt. Opto autem eo sensu, & affectu, quo id Moyses, quo Paulus optavit, quo optari potest.

18. Doleo de omnibus peccatis, qua in Deum quomodocunque unquamfacta sunt, fiunt, fient unquam, eo affectu, quo Christus de illis doluit.

19. Spiritum meum non alibi, quam in suavissima Dei voluntate IESU Christi latere, Pretiosissima Parentis mea manibus, Ecclesia Romana Catholicaside, Societatis IEsu Religione, emittere, atque deponere exeuntem ex hoc corpore, volo, atque cupio.

20. Prout semel vovi, S juravi Deo Pretiosissi- Ipsum votum ma Parenti, me fratribus meis peste infectis, ac mo- S juramenribundis, in Spiritualibus inprimis, S etiam in corporalibus, salva obedientia serviturum, in prasenti itaidem votum voveo, juramentumque juro, nunc, S in singula momenta vita residua; mortemque eo nomine imminentem mihi, libens coram Deo accepto, tantummodò sit id Divina voluntati gratum sanimaque mea salutare.

21. Cupio toto cordis affectu, usque ad finem mundi, in gravissimis laboribus, & erumnis, omnium hominum saluti eterne deservire, & me ad hunc laborem, ex nunc, Sanctissime Dei voluntati, que omnes salvos sieri vult, humillime offero, sicut sese Christus Dominus meus obtulit.

22. Hos omnes actús, quatenus àme sunt, agnosco nullius esse apud DEUM momenti, sed eos, in medullas gratia, voluntatisque, & in viscera V.P. Druzb. Op.I.

I merita-

Amor erga Deum & Proximum. meritorum, Sanguinisque Christi immergo, ut vateant.

Deinde secuta est subscriptio, Sanguine

proprio.

DEO, Pretiosissima Parenti, MARIA IHS. Voveo, Iuro.

Ego Gaspar Druzbicki, Societatis IESU 1622.4.

Non minor animi affectus eluxit in Patre Ga-

Novembris.

inimicos.

spare, erga inimicos, pro quibus imprimis ante Sacrificium, in memento vivorum, ita orare lo-Affectus erga litus erat. Sanctissima Trinitas commendo Tibi inimicos meos, qui me lingua, calamo, judicio, affe-Etu, facto quopiam offenderunt, vel offendere juffi, nisique sunt, qui mihi quoquo modo, aut prætextu, ad aliquid impedimento fuerunt, quibus omnibus, te Deo meo teste, S dante, condono ex corde, quin etiam illos sincere amo. Ama & Tu illos Domine Deus meus, quantum potes, & vis, pro tud bonitate, & bona voluntate. Post Sacrificium deinde omnes inimicos divinæ benignitati commendabat, adjuncto Christi Sangine, in quo eos peramanter demergebat. Schedam quandam aculeate contra fe, conscriptam, cum reperisset, exosculatus est, in parteque ejus verfa, hæc reposuit. Ad ornandum, dignificandum, emendum Christum, ad saginandum, mercede conducendum, captivandum, recreandum, inhumanandum, deisicandum Christum. Ad intentiones ejus erga Patrem, erga se, erga nos, ad intra, of ad extra oc. adde; id offero, quam Schedam in secreto suo libello reconditam habuit.

CAP. XIII.

ce

er

ne

Ju

ne

ria

tis

pe

ce

qu Pe

ma

co

Cti

or

do

titt

cu

M

par

lus

fai

fin